



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

10 Ecclesiae Titulares pro 50, Presbyteris Cardinalibus quae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

- riæ non comprehendantur, ut per Felin. in c. in eos, n. 2, de Heret. Gomel. in proæn. regul. Cancell. q. 6, num. 9, & 10, verſ. & ſub iſta generaliter, & in reg. de idiom. quaſt. 3, num. 6, & Ancar. conſi. 295, n. 6.
- 10 Quinquagiata Presbyteris † Cardinalibus, qui ſecundum ordinem conſtituunt, pluribus antiquis titulis reformatis, fuerunt pro titulis assignatæ Eccleſiæ S. Crucis in Hieruſalem, SS. Marcellini, & Petri, SS. Quatuor Coronatorum, & SS. Joannis, & Pauli, S. Anaſtaſiæ, S. Sabinæ, S. Stephani in Cœlio Monte, S. Clementis, SS. Nerei, & Archillei, S. Suſannæ, S. Pudencianæ, S. Sixti, S. Petri ad Vincula, S. Martini in Montibus, S. Eufebii, S. Prifcæ, S. Vitalis, S. Marci, S. Marcelli, S. Laurentii in Lucina, B. ſilicæ duodecim Apoſtolorum, S. Laurentii in Damaso, quæ S. R. E. Vicecancellario pro tempore exiſtenti perpetuò conceſſa, & assignatæ eſt, S. Sabinæ, S. Cæcilie, S. Chryſogoni, S. Praxedis, S. Mariæ Tranſtiberim, SS. Quirici, & Julitæ, S. Joannis ante portam Latinam, S. Agnetis in Agone, S. Laurentii in Palisperna, S. Thomæ in Parione, S. Sylveſtri in Campo Martio, S. Paneratii, S. Bartholomæi in Inſula, S. Matthæi in Merulana, S. Mariæ de Araceli, S. Mariæ in Via, S. Mariæ ſupra Minervam, S. Mariæ Angelorum in Thermis, S. Hieronymi Illyricorum, S. Honaphrii in Janiculo, S. Auguſtini, S. Mariæ de Populo, Alexii in Aventino, S. Blaſii de Annulo, S. Mariæ de Pace, S. Salvatoris de Lauro, S. Petri in Monte Auteo, Sanctiſſimæ Trinitatis in Monte Pincio, & S. Mariæ Tranſpontinæ.
- 11 Quatuordecim † Diaconis Cardinalibus, qui tertium Cardinalium ordinem tenent, fuerunt pro titulis applicatæ Eccleſiæ S. Mariæ in Aquiro, S. Mariæ in Coſmædin. SS. Coſmæ, & Damiani, S. Mariæ Novæ, S. Hadriani, S. Mariæ in Via lata, S. Mariæ in Porticu, S. Angeli in Foro piſcario, S. Nicolai in Carcere Tulliano, S. Mariæ in Dominica, S. Euftachii, S. Viti in Macello, S. Agathæ, & S. Georgii ad Velabrum, ut in litteris ejuſdem Sixti, in eodem Bull. c. 56, part. ultim. In dictis autem titulis, aliſque Eccleſiis ſibi ſubjectis, Cardinales habent iurisdictionem Episcopalem, capitulo hiſ qua, de maſo. & obed. & ibi Felin. Poſt alios, quos citat, num. 1.
- 12 In Cardinalium promotione † omnium Chriſtianitatis nationum ratio debet haberi, Conc. Trid. in cap. 1, §. ea verò omnia, de reform. ſeſſ. 24, & Sixtus V. in ead. conſtit. 50, §. primùm igitur, & §. ut autem ipſi, in Bullar. par. ult. Sed nullus in
- 13 Diaconum Cardinalem aſſumi poteſt, niſi ſaltem in vigefimoſecundo ſuæ ætatis anno fuerit conſtitutus, ita ut omninò intra annum ad ſacrum Diaconatus ordinem valeat, & debeat promoveri, ut in ead. conſtit. 50, §. neque poſt. † Illegitimi etiam per ſubſequentis matrimonium legitimated, aut ſuper defectu natalium auctoritate Apoſtolica diſpenſationem conſecuti, ad Cardinalatus ceſſitudinem ſunt inhabiles, ut in di. conſtit. 50, §. præterea.
- Qui verò ob defectus, vitia, aut impedimenta, ad ſacros ordines juxta canonicas ſanctiones promoveri nequeunt, etiam ſi diſpenſationem auctoritate Apoſtolica obtinuerint, & qui alicujus criminis, aut infamiæ nota reſperſi fuerint, pariter in Cardinales, ullo unquam tempore aſſumi poſſunt, ut ibi, §. ſed, & in ſuper.
- Prohibentur etiam ad Cardinalatus honorem aſſumi filios utriuſque ſexus, etiam